



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

443. Num confessio Coadjuti noceat Coadjutori & contra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

torum voluit providere Ecclesia) non fuerit tam prægnaus, quin possit Prælatus per se subive ministros ordinarios obligationi suæ satisfacere. Plura huc spectantia vide supra, ubi de alimentis præstandis Coadjutori.

Quæstio 440. Num habens Coadjutorem in dignitate & Canoniatu possit ipse in uno, & Coadjutor in altero deservire.

Respondet affirmativè Castrop. *loc. cit. num. 38.* additque hinc utrumque Coadjutum, & Coadjutorum habiturum vocem in Capitulo, & dationem; quia hoc cedit in utilitatem Ecclesiæ.

Quæstio 441. An Coadjutus alteri delegare possit ea, quæ Coadjutor vult, & potest per seipsum exercere.

Respondet negativè Fagn. *in c. ex part. de Cler. egrot. num. 25.* ubi: ea, quæ Episcopo impedito Coadjutor illius expedire potest; & vult per seipsum, non potest Episcopus alteri delegare. Viderur tamen id fallere, dum Episcopus habet suum Vicarium generalem, posse nimirum tunc ea illi delegare præterito Coadjutore.

Quæstio 442. Num Coadjutus revocare possit; quæ Coadjutor gessit in casibus sibi à jure vel consuetudine permisis.

Respondet negativè Fagn. *in c. ex parte. de Cler. egrot. num. 26.*

Quæstio 443. Num confessio Coadjuti nocent Coadjutori, & contra.

Respond. negativè; quia tam Coadjutus quam Coadjutor agit nomine proprio, & potestate à Papa accepta, non potest alteri præjudicare sua confessione. Garc. *p. 4. c. 5. num. 126.* Castrop. *tract. 13. d. 1. p. 10. num. 32.* Gonz. *gl. 5. §. 9. n. 129.* citans Mandos, *in pr. signatur. gratia tit. Coadjutor*

ad finem vers. confessionem. Rotam in Hyspal. portio- nis de anno 1551. teste Achil. de Grass. decis. 162. alias 3. sub tit. de confessis.

Quæstio 444. Num sententia lata contra Coadjutum noceat Coadjutori, & contra. Item lata contra unum Coadjutorem noceat aliis Coadjutoribus.

1. **R**esp. ad primum: sententiam datam contra Coadjutum non nocet Coadjutori, si is citatus non sit, saltem per proclama seu in genere, vel contra; quia est res inter alios acta. Garc. *loc. cit. num. 128.* citans Rotam in Toletana juris decimandi 19. Febr. 1594. Castrop. *loc. cit. num. 33.*

2. Resp. ad secundum: multò minus nocere potest sententia lata contra unum Coadjutorem, eo cedente vel decedente, ipsius successoris obligationem datam; quia nimirum est res inter alios acta, & quæ ad ipsum non pertinet. Castrop. *loc. cit. num. 129.* & sic si sententia lata super invaliditate Coadjutoria primi Coadjutoris, non potest præjudicare secundo Coadjutori; cum secunda Coadjutoria sit diversa à prima. Garc. *loc. cit. num. 92.*

3. Limitatur tamen hæc responsio hæc ratione: nisi sententia lata sit super juribus & præemi- nentiis Coadjutoria; tunc enim sententia lata contra unum Coadjutorem sequentibus, imò aliis similibus præjudicare posset, juxta *l. ingenuum. ff. de statu hominum.* Castrop. Garc. *l. cit. citans Tiraq. tract. res inter alios acta. limitat. 27. Covar. pract. c. 13. num. 5. & Rotam in Calagur. benefic. de Navarra. 20. Jun. 1588.* quia in causa statûs personæ prodest & nocet sententia inter alios lata. Gonz. *ad reg. 8. gloss. 9. §. 1. n. 85.* citans præter *l. ingenuum.* Tiraq. & Covar. jam citatos Felin. *in 6. cum omnes. de constir. n. 7. Abb. ibid. n. 4. Curtior. conf. 1. n. 3. Peregrin. tract. de fideicom. n. 35. num. 44.*

